Et si gratiam meditationis tibi dederit cum timore suscipe. Si non dederit cum patientia sustine. Quidquid tecum egerit sis contentus sine murmuratione. Ita esto quasi unus spiritus cum eo ut nichil putes te scire nisi Jhesum Christum et hunc crucifixum. Ulterior tendentia pro quiete contemplationis. Si es religiosus ut dicit Cancellarius Parisiensis teneris tendere ad quietem contemplationis etiam si vix in fine vite tue comprehendes quia hoc exigit status tuus. Ad militem spectat miseros defendere, ad rusticum laborare, ad religiosum contemplationi insistere etc. Unde dicit Bonaventura: ubi ditius una die ibi altera tempore ut faciat sit volens ascendere montem altum, cum quiescere vult non revertitur ad pristinum statum locum sed in eodem loco sedet et quiescit et ibidem incipit post quietem. Nos autem ideo non proficimus in contemplatione quia quod hodie cum difficultate et gratia dei acquirimus cras ingerendo nos levitatibus aut fabulis aut voluptatibus perdimus, et sic de ascensu montis ad vallem prolabimur et non continuamus. Christo ut nichil preponas ei, Christum depreceris ut sit adiutor tuus protector director et finis. Amen. Explicit

Explicit alphabetum divini amoris de elevatione mentis in deum

Ama nesciri et pro nichilo reputari. Hoc est con
Carorum tristis discessus, tristior istis
Corporis et anime, tristissimus a deitate — nota

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Incipit